



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Dominicus Leitanus n. 76

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Apostolino-
stri sacu-
li, & Cathol.
fidei
defensores
acerrimi.

74. * A IOAN. BAPT. GALLO *Scriptore graui, qui tanti faciebat Societatis homines, ut eos non vereretur vocitare, Apostolos nostri sæculi, & fidei Catholicæ defensores. Ita apud Euseb. in vita parua S. Ign. cap. 22. fol. 115.*

Charitate
pleni, ma-
gna doctri-
na exorna-
ti, &c.

75. * A IOAN. PETRO GISANO *Historiographo notissimo, Societatis homines appellante, Charitate plenos, magna doctrina, prudentiaque exornatos, ardentissimos in Confessionibus audiendis, ac in omni Ecclesiastico ministerio efficaces. Sic Ibid. cap. 40.*

Quam gra-
ta Deo
Iesuitici
Collegij
fundatio.

76. A DOMINICO LEITANO *Viro nobili ac pio Lustano, qui Burdigale Infantis Cardinalis Henrici negotia procurabat: is cum persamiliariter vteretur Francisco Baulono Burdigalensi Senatore, nulla sobole prædito, auctor ei fuit, ut Collegium Societatis Burdigale fundaret, asserens, Non posse gratius Deo rerum, quas vellet, nollet, abiens è vita relicturus esset, Sacrificium facere; neque posse solertius in sempiternum sibi quæstum peritura vertere: nec denique aliter posse melius in omnem posteritatem de Patria sua mereri, ijs præsertim temporibus, quæ Religiosorum talium auxilia flagitarent. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 8. n. 239.*

Societas
sub IESV
Nomine
prædesti-
nata.

77. AB AND. SEMPLE DE TOBAR *Nobili Matritensi, ac scriptore in vulgari idiomate non vulgari, qui in suo Tomo de Aduent. & de sanctis in sermone ultimo Circumcisionis, agens de IESV Nominis impositione in Societatis IESV laudes quam suffissime discurret in toto S. 5. Et in primis (ait) IESV Nomen stemma electorum, ac prædestinatorum est, secundum illud Bedæ, Huius autem Nominis etiam electi in sua spiritali circumcissione participes existere gaudent. Erunt ergo electi, ac prædestinati à Deo Iesuitæ: quorum gloriosam familiam è fortibus militibus, & sub IESV signò, pro Dei gloria contra Satanam debellantem describit prophetice Nahum Propheta cap. 2. 1. Ascendit, qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem, clypeus fortium ignitus. Vbi Rupert. Horum fortium Clypeus verbi Dei, verbum Dei est, & clypeus utique ignitus.*

Fortibus
militibus
gloriosa.
Nah. 2. 1.
& 3.